



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XV. Domine, quis habitabit &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

P S A L M V S X V.

Domine, quis habitabit &c.

**Q**uis tuum templum, Pater alme rerum,  
Incoleat? quis nam poterit beatum  
Quicquid hoc aui est, agere, inqs, sancto  
Monte manere?

Ille qui purus maculis, & omni  
Qui caret labe, & facit aqua pressis,  
Falsa non profert, loquitur sed imo  
Peccore vera.

Proximum vafroneqs laudit ore,  
Proximum nec calliditate fraudat,  
Proximum sannis male qui nec unquam  
Vexat inquis.

Quiqs contemnens homines malignos,  
A&stimat pluris pietate notos,  
Qui tenax recti fidei qs seruans,  
Fallere nescit.

Pauperes qui fænore non grauauit,  
Sordida usura nec opes parauit,  
Qui nec insontes violans, scelustum,  
Expetit aurum.

Qui

*Qui studet tali pius actioni,  
Ocio & vita placida fruetur,  
Semper hic felix Domini manebit  
Ciuis in arce.*

P S A L M V S X V I .

*Conserua me Domine, &c.*

*I*n te confido, Deus, in te spes mea sola est,  
Protege me, Pater alme, meā tibi credo salutē.  
Sic dixi Domino: tu certè es Ioua tremendus,  
Te propter patior, subeoq; pericula vita,  
Electos propter cruciatus perfero diros,  
Diligo honoratos, amo sanctos, summa coletes (re.)  
Numina: qui Dominū timet, hunc cōplector amo  
Ast quibus est animus sibi fingere numina cœca,  
Surda & muta colunt quicunq; Idola timentq;  
Execror hos, odi, detestor, abominor omnes,  
Non ego cum tali cœtu libamina fundam,  
Non ego fæda feram reproborum nomina in ore.  
Pars mea, summe Pater, mea portio larga, Iehoua  
Tu mihi conserua patrimonia, tu mihi sorte (es,  
Electam attribuis, qua delectorq; fruorq;  
Laude pia Domini celebrabo numina summi,

D ;

Qui